fol. 89' p. XXXIII 1176 fregerit, unde post in brevi vitam finierit.[1] Dici
non potest, quot greges animalium diversi generis, quot
persone diversi sexus et ętatis abducte sint in
eg) auf Rasur P — Boemiam, quas redeg)erunt in famulos et famulas.
Propter hoc factum tradunt ducem Z(obezlaum) ab
Alexandro papa excommunicatum et sine reconci-
reconcilatione P — liatione) mortuum, quod utrum ita) fuerit non af-
am Rand P — firmo, quia non recordor. Dum hec gererentur in
Austria, erat ea tempestate imperator in Lombardia,
excidisso P — qui co(n)perto excidio) Austrię, multum dicitur
doluisse, et ita hoc factum primum fuit initium
et quasi quoddam seminarium, unde Z(obezlaus)
perdidit gratiam imperatoris. Secundum autem si- Matth. 22, 39
mile est huic, quod sequenti anno annotabimus.[2]

1177 Anno dominicę incarnationis M°C°LXXVII erat
ta übergeschr. P — rex Ungarię Bela nomine discepta)tionem habens cum
fratre[3] pro regno illius terrę, quem cum coniecisset
in vincula, evasit ille nescio quomodo et veniens
in Boemiam sperabat per manum ducis Z(obezlai)
adire imperatorem suscepturus ab eo coronam et
subicere sibi Ungariam. Quem dux Z(obezlaus)
fraudulentissime deceptum pessimo usus consilio
cepit et fratri suo in Ungariam vinculandum

1) Cont. Claustroneob. III, SS IX, 631 nennt das Todesdatum 1177, Jan. ~~24~~ 13,
das Datum des Sturzes: 1176 Nov. 29.

2) Can. Prag. SS IX, 166 berichtet zu diesem Jahr von Kämpfen
zwischen Sobeslaus und Friedrich in Böhmen.

3) Geisa, der jüngere Bruder Belas III. Vgl. Homan, Geschichte
des ungarischen Mittelalters I, 430 f.